

**Conradiceltis Panegy-  
ris ad duces bauarie**

*EX Bibliotheca Iamnis  
Baptista à Socpachy*

Henrici eutici de monte nozico: epigramma versiculo  
endecasillabo.

Laudat9

Conrade aonijs dicite musis.  
Sacri pyeridum chori sacerdos.  
Lauatus modo cesare approbante.  
Quo rhenus pater irrigans ⁊ hystet.  
Germanis latera eruditiozes.  
Circumfusi hedera recencioze.  
Lauro ⁊ baccare protegente frontem.  
Leti suscipiunt tenentq; musas.  
Et vates modo nutrient disertos.  
Qui bethym superando lippareng.  
Doctę cedere mantuę negabunt.  
Tu tantummodo perge: tu vel altum.  
Parnassi supera biceps cacumen.  
Perge in collibus ysthijs per vmbzas.  
Qua raris via gressibus notata.  
Visa est ducere pythium sub antrum.  
Perge: haud peniteat ducis magistri.  
Erhardi radoli sub orbe noti.  
Rhomano: hoc duce peruolabis alpes.  
Liuzorem inuenies: sed hic crepabit.  
Et dentem in solido relidet atrum.

Conradus celtas ad lectorem:

Si quid habet nostrum lector: mitissime carmen.  
Incultum: aut niteant verba soluta parum.  
Quodq; leges nostrum germanum forte pudorem.  
Parce precor: patrię compulit altus amor.  
Nam cuperem prisca caperet germania vires.  
Dum nullum externum pertulit imperium.  
Utq; velint doctas germani nosse camęnas.  
Et liquido quicquid fonte zophya docet.  
Sed vereor: certas prescribant sidera leges.  
Et cuiq; fixis stent sua fila colis.

L  
bu  
P  
na  
Italicas  
Lonsocia  
Lhyrrhe  
Barbara  
haud eg  
Qui tant  
Archadi  
Nunc ego  
Delphica  
Ille mihi  
Rite voca  
Nozica rhy  
Hercinim  
Quenq; r  
In consa  
Quo duo  
Equavit  
Itala: rhy  
Aufonio  
Danubiu  
Marcia  
Quid me  
Belta du  
Quando  
Dum trib  
Longesta  
Serre iug  
Non sec  
Marna  
Et nemo  
Loniura  
Passibu  
Obuine  
Colligit  
Dente fr  
Corpor

Conradi celtis protutij germani imperatoris manibus  
poete laureati: panegyris ad duces Bauarie et  
Philippum palatinum rheni: dū in Ingelstadio dor-  
natus fuisset publico stipendio.

Italicas tentare lyras et fila canoris.  
Consociare modis: concessaq; carmina tantum.  
Thyrreno adriacoq; mari: quo pheebe furore.  
Barbara: crassiloqui stimulas precordia vatis.  
Haud ego docta queam tibi tendere carmina neruis.  
Qui tantum propiora moues: refugisq; gelatum.  
Archadio quondam signatum crimine celum  
Hinc ego non tibi thura feram: tripodasq; perosus.  
Delphica cyreheis quas seruant templa sub antris.  
Ille mihi phebuis: semperq; in carmine nostro:  
Rite vocandus erit: seruit cui maximus hystor.  
Nozica rhetis: vicinag; alpbis arua.  
Perciniumq; iugum: ceciusq; ferocior armis.  
Quenq; regens magni generosa palacia rheni.  
In consanguineo iunctum amplexatur amore.  
Quo duce per varios pubes germana triumphos.  
Equauit graios: oppressaq; sepius arma.  
Itala: rhenane fluerent dum sanguine ripe.  
Ausonio galloq; simul: tinctusq; cruore.  
Danubius gethicas prorupit tardior vndas.  
Marcia dum dignas soluerunt prelia penas.  
Quid memorem iustis magnisq; recentia bellis.  
Besta ducis: claris nuper celebrata triumphis:  
Quando palatini prolata potencia regni.  
Dum tribus ingenti ducibus certamine captis.  
Longestas prostravit opes docuitq; rebelles.  
Ferre iugum impositis: captiua sub ora cathenis.  
Non secus vt magnum cum poenus forte leonem.  
Marmarica cum plebe premit: ferit omnia clamor.  
Et nemoza: et resonos scopulos: ianq; ardua silue.  
Coniurata cohors assuetaq; tecta superbis.  
Passibus inconsulta subit: venit ille per arma.  
Obuius impatiensq; more: seq; actus in orbem.  
Colligit: et crudo stupefacta per agmina fertur.  
Dente fremens: quassansq; iubas: lacerataq; passim.  
Corpora strata trahit: plenosq; in gutture frendens.

### Inuocatio

Terra ducum ba-  
uarie ad vtramq;  
ripam danubij et  
rheni

Victoria friderici  
palatini de tribus  
principibus

### Comparatio

Talis erat patrię tutor fortissimus heros  
 Sed sua gesta canam totum ventura sub orbem.  
 Dum mihi victuro concedant fila sorores.  
 Et mea meonio resonabunt carmina plectro.  
 Tunc attanos proauosq; canam clarosq; parentes.  
 Felicemq; palatina cum prole philippum.  
 Que sua per totum diffundet nomina mundum.  
 Ingenium mores: seu scemmata prisca requiras.  
 Luduicum z magni fridericum fulmina belli.  
 Nunc sat erit tenui calamo perfringere laudes.  
 Dum mea stridenti suspirant carmina neruo.  
**O** decus: o nostre dux illustrissime gentis.  
 Gloria: qui latias germana in regna camenas:  
 Inuehis aonio deducens vertice musas.  
 Hinc tibi magna dabit atq; immortalia dona.  
 Lynthius: z longa facient te viuere vita.  
 Pyerides: quas ipse colis: curasq; priorum.  
 Moxe ducum in celum: quos aurea sustulit etas.  
 Ingenijs que digna dabant preconia laudum.  
 Preemia z eterno quibus indelebile mundo.  
 Nomen erit: magnusq; manet per carmina vatum:  
 Virtutum celebratus honos: z nota per omnes.  
 Phama volat terras: claudit quas maximus orbis.  
 Oceani: refluxum seu que conclusa per equos.  
 Roscidus eois: vel quam dum surgit ab oris.  
 Phebus adit: gelide vel quam rigor articus vrsę.  
 Alligat imbriferos vel que procurrit in austros.  
**P**erte antiqua vigent studia illustrissime princeps.  
 Ingenia z prisca surgent equalia seclis.  
 Per te nunciuuenile decus latialia verba.  
 Rhomanasq; loqui voces nitidasq; loquelas.  
 Incipit: indocte fugiens mala murmura lingue.  
 Nec tantum imperium iuuat accepisse latinum.  
 Cesareos titulos z magni nominis vmbra  
 Contendit: sed z alta sequi vestigia laudis.  
**R**homuleo celebrata foro: dum candidus ore.  
 Arpinas latij moderaret pectora vulgi.  
 Indomita z crudi mulcebat corda quiritis.  
 Scemmata percurrrens arguta doctus in arte.  
**P**erte nunc iuuenile decus vaga semina mundi.

Luduicus pater  
georgij

Laus georgij

Quare principes  
poetas curare  
debeant

Terre habitabiles

Rhomana gram  
matica docenda

Oratoria

Logica

Disce:  
 Incipi  
 Quicq;  
 Et vali  
 Eterna  
 Ne ru  
 In se  
 Et rep  
 Siue  
 Sata r  
 Numi  
 Sunt a  
 Quis to  
 Dum se  
 Voluit  
 Perte nu  
 Ibit: z  
 Legibu  
 Obser  
 Lurid  
 Indu  
 Plausi  
 Implic  
 Mensi  
 Et num  
 Quicq; si  
 Perte nu  
 Cognos  
 Aere: z  
 Quosq;  
 Austris  
 Ignifi  
 Per ce  
 Tempe  
 Unde  
 Perte nu  
 Afflig  
 Radic  
 Jam d  
 Semi

Discet: z occultas naturę reddere causas.  
 Incipiet: terras liquidus quę ambiat aer.  
 Quicq; creet flammis: societq; humentibus vndis.  
 Et validos silę sternentes roborā ventos.  
 Eterna quis lege regat: discordia certam.  
 Ne rumpant elementa fidem: sed pace ligata.  
 In se per res suas corrumpunt omnia causas.  
 Et reparant alias reciduo semine formas.  
 Sine deo vertente vices: siue ordine ceco.  
 Sata reuersuri dispensant semina mundi.  
 Numinibus sociata suis: quę proxima nostris.  
 Sunt animis: vario voluencia sidera motu.  
 Quis tociens natura vices patiturq; labores.  
 Dum sepe in leuam: dexterumq; rapacior orbis.  
 Voluitur vt varias capiant elementa figuras.  
 Per te nunc iuuenile decus sub sidera cęli.  
 Ibit: z immenso cognoscit lumina mundo.  
 Legibus eternis reuolutaq; sedere certo.  
 Obseruet phebū eripient dum cornua lunę.  
 Lurida pcedet vel cur tot in orbe figuras.  
 Induat: z quę non cognoscer tarda sub equo:  
 Planstra cadant: varijs moueantur vt orbibus orbes.  
 Impliciti: z iustis se claudunt partibus omnes.  
 Mensurę leges z pondera certa sequuti.  
 Et numeros cunctum regitur quibus orbis in eum.  
 Quicq; suo efficiunt modulamina dulcia cursu.  
 Per te nunc iuuenile decus per sidera cęli.  
 Cognoscer: quo quęq; situ gens possidet orbem.  
 Aere: z immotam teneant quo climata terram.  
 Quocq; dies noctesq; cadant: dum phebū ad arcton.  
 Austrinumq; polum radiosā luce vagatur.  
 Igniflua quinas describens lampade zonas.  
 Per cęlum terramq; simul: quo corpora motu.  
 Temperiem accipiunt: blandumq; in membra calorem.  
 Unde homines toto vel quicquid spirat in orbe.  
 Per te nunc iuuenile decus: dum corpora morbi.  
 Affligunt: curare potest: egrisq; mederi.  
 Radicum herbarumq; simul dum noscere vires.  
 Jam datur z varios humani ad corporis vsus.  
 Semina nata videns: vitamq; extendit in annos.

Naturalis phi

Mixtio

Intelligentię mo  
uendis orbib' ac/  
comodatę  
Astronomia

Sidera iocidua

Geometria  
Arithmetica  
Musica

Cosmographia

Medicina

omniq; uicium

Juris scientia

Frigida cum siccis calidisque humentia miscens.  
O felix cui posse datur superare proteruum.  
Satum: et cum sana producere scamina vita.  
Per te nunc iuuenile decus per ciuica iura.  
Sacraque pontificum decreta imponere frena.  
Stulticie imperiosa potest ut federa pacis.  
Conseruet: magne dum tollunt murmura cause.  
Consilioque uigens furiosa potentibus arma.  
Excuiens: equo defendet limite rectum.  
Iusticiamque olim fugientem ex orbe reductet.

Imperialis lauro

Per te nunc sacra cingent sua tempora lauro.  
Germani iuuenes: doctosque manebit in euum.  
Imperialis honos et solo cesare digna.  
Gloria: uictrices dum cingit laurea crines.

Officium poetę

Si reges et regna canent et inacta reponunt.  
Tempora germanis que quondam exacta triumphis.  
Queque diu placidam uiderunt secula pacem.  
Quicquid et obscura digessit luce uetustas.  
Hinc superum curas et religionis amorem.  
Incutient longi referentes tempora feci.

Antiqui theologi poetę

Quis speculum uite morumque exempla relinquunt  
Per te nunc iuuenile decus: que cura deorum.  
Et superis sit habenda pijs: que premia iustum.  
Supplicia et fontem expectent post fila peracta.  
Que nostre natura anime: que sidera celi.  
Cognatasque domos repetat: dum noxia terre.  
Crimina non cohibent: sed si contagia feda.  
Obstiterint: longas luitura est sordida penas.  
Supplicijs purganda suis sub carcere ditis.

Theologia

Germanis amodo in italiam migrandum non esse

Per te nunc iuuenile decus non nostra relinquet.  
Regna: nec italicas olim migrabit in oras.  
Ob studia et mores: legumque agnoscere nexu.  
Morborumque lues: fato poscente: sed ultro.  
Italicus properet germanas uisere terras.  
Danubium rhenumque stupens: qui iura per orbem.  
Imponent terris: latijs dominantur et oris.  
Et quicquid phębus gemino prospectat olympo.  
Talia fatidici iussere oracula phębi.  
Ne canere: et lecto predicere tempora celo.  
Sobria germanis dum uiuunt pectora terris.

Ei  
Non m  
gij me  
ad vo  
etasq;  
dicere  
et con  
tricen  
splen  
per b  
confid  
posse  
ligo: q  
striam  
hunc l  
malui  
rempu  
bis m  
dia b  
re que  
hi in  
et rob  
scij est  
cundis  
et vos  
optim  
facile  
nostra  
segnis  
magn  
possum  
corpo  
luptat  
acum  
paruo  
sunt. Q  
sed si  
doctr  
pasci

Eiusdē oratio in gymnasio in iugelstadio publice recitata  
Non magno duxissem patres ornatissimi et adoleſcētes egre-  
gij me hominem germanum et gentilem vestrum posse latine  
ad vos dicere: si prisca illa germaniē nostrē ingenia flozerēt:  
et atq; illa redisset. qua legati nostri greco sermone q̄ latino  
dicere maluisse memorantur. Uerū cum iniquitate seculorū  
et conuersione temporum ne dum apud nos: sed et apud geni-  
tricem et antiquam literarum parentem italiam omnis aliqui  
splendor literarum extinctus interijt: exproseque et profligate  
per barbaros mor̄ omnes ingenue discipline. Non facile me  
confido pro ingenij mei tarditate et viriū tenuitate satis latine  
posse ad vos dicere. Quandoquidē et mihi non defuisse intel-  
ligo: q̄ pleriq; ex vobis in se iam experti deplorāt: id est indu-  
striam et probatam preceptionem. Ne tamen proſus silens in  
hunc locum vestra presentia ornatissimū processisse arguerer:  
malui balbuciendo offendere q̄ amorem in me vestrum et in  
rempub. litterarū taciturnitate preterire: facile sperans a vo-  
bis mihi dari veniam si considerabitis. Quod homuncio in me  
dia barbarie et vt ayunt ebrietate natus: minus sobrie dice-  
re queat q̄ vestre disertissime aures et is locus p̄ publica mi-  
hi in oratoria et poetica: ab illustr. ssimo principe nro georgio  
et vobis viris clarissimis qui omnium consilioꝝ suorum con-  
scij estis designatus exposcit. Nihil autem plane dignius et in-  
cundius ad vos dicere constitui quod vel me magis deceat:  
et vos audire conueniat q̄ vt vestros animos ad virtutem et  
optimarum arcium studia cohortarer. Quibus rebus qm̄  
facile vera gloria immortalis fama et felicitas in hac vita  
nostra angustissima comparari potest. Nemo ex vobis tam  
segnis et ignauus inueniri debeat qui non pulcrum egregium  
magnificumq; duxerit pro his maximis rebus contendere: q̄  
possunt beatum facere. Nec mihi in presenciarum deſortune  
corporisue bonis aut eis que viliū mancipiorum sunt vo-  
luptatibus animiq; lumen extinguitibus differendū aliquo  
acumine existinaui. Quod oia illa fluxa caduca et cū corpe suo  
paruo momēto tps̄ interitura aut mor̄ alios dños habitura  
sūt. Quāobrem nemo sapiens p̄ eis reb̄ contēdisse memorat  
sed si illoꝝ vitam recensuerimus: tantū in eis amorem pro  
doctrina et sapientia q̄ anim̄ hūan̄ veluti nectare et ambrosia  
pasci sūisse inuenim̄: vt pro illa cōsequenda patriam vxores

Germani grece  
orabant

Bothorū diluuius

Constitutio deli-  
beratiua ad per-  
suasionē virtutis  
et sapientie

Voluptates viles  
homines sequunt

Animus sapientia  
pascitur

Quib⁹ reb⁹ philo-  
sophia competur

Exemplum glorię  
aschythie

Legere oportet  
hysto:ias

Unde laus et  
felicitas

dulcesq; liberos relinquerēt: amplissima patrimonia dissiparent iniurias et umelias infamiā apud vulgū et exilium summa cum patientia et tranquillitate pferrent: laborū preterea. Algoris et estus et difficilimarū peregrinationū susceptio voluntaria apud eos memorat. vt qđ vel angustissimis cogitationibus et frequentib⁹ lectionib⁹ fatigati inuenissent hoc sensu etiam percipere et videre voluerunt. Tantū potuit incredibile pro sapientia adquirenda studiū et in celestium rerū et nature inquisitionē amor: pro quibus tandem rebus diuinos honores consecuti immortale nomen habituri magna apud omnē posteritatē veneratione et cultu philosophorū nomine veniunt nuncupandi. Genus hominū scytarum est in beluarū more adeo efferum incultum et horridū vt vastis et inaccessibleibus solitudinib⁹ pecorū ritu oberrent ferarum pellibus et earum corijs a quib⁹ illis nomen est se tantum ab aeris inclementia et illi⁹ celi asperitate vindicantes: his tamē tanta glorię cupiditas laudis incesserat vt ter pdomite asq; iperius possederint nihil auri nihil argenti quarum rerū nos appetentissimi sumus abstulerunt: sed gloriōsi⁹ rati si quando virtuti sue imperij tantū splendore et amplitudinē adiecisse dicerent. Magna nobis de barbaro populo pro contendenda virtute et gloria documenta Qui dū ingenio et doctrina placatisue moribus cū ceteris mortalibus natura renitente cōtendere nequiuissent: neue silencio vitā exegisse dicerentur: saltem per effrenem barbariem et animorū imperiū quem pro virtute habēt sue glorię et immortalitati consuluisse viderēt. Qđ si in aliarū gentium hystorias que pace bellog; gesserint orationē cōuerterem latissimus in cōmemorando mihi camp⁹ occurreret: nec hodiern⁹ is dies sufficeret sed consulto pretereo que vos illustriū scriptorū lectione oportune ad hunc locū accommodare potestis: satis ego mihi super satis nūc duco viri germani et adolecētes clarissimi si aliquē hodie vestris animis ex dictione mea quicūq; glorię et virtutis stimulū adiecero inculcaueroq; et vt ita dicā inuassero vt immortalitatem ante omnia pre oculis habeatis. Que cū vobis tñ ex fonte philosophię et eloquentię studio qrenda est. Non facile dixerim quantis laborib⁹ et vigilijs his duobus imorandum insudandumue sit id est priscoꝝ philosophorū poetarū et oratorū scriptis: cum hi soli sunt qui nobis bene beateq; viuendi rationez scripserunt: et humani generis et curiuz rerum

oim pa  
imitab  
facinoz  
nere et  
princip  
ab alijs  
et omni  
te sunt  
tamq;  
te sunt  
poscit i  
sunt. L  
pulcra  
gancia  
mane or  
dare nec  
eruditū  
eloquen  
tescente  
te et ger  
uit. Qu  
frequen  
horroz  
mos ve  
tudine  
habete  
vos non  
ferre: si  
das et no  
vestris  
cūq; m  
existim  
auim p  
tatem r  
piencia  
equasse  
suppelle  
exuta fe

oim parentem naturam tanquã in exemplar & speculum vite  
imitabile proposuerit. Ab illis laudare benefacta & detestari  
facinora discetis. Ab illis consolari cohortari impellere. Absti-  
nere & qđ humane felicitatis finis est cõttemplari rerum oim  
principem & ipsam naturam studebitis. Quę licet omnia etiã  
ab alijs fieri possint: tamen nescio quo modo & misericordia  
& omnis animi suscitatio & repressio in manu oratoris & poe-  
te sunt. Jam vero verborũ illa sententiarũq; ornamẽta que  
tamq; stelle orationem illustrãt. Instrumẽta oratoris & poe-  
te sunt propria. Quę vobis ab illis mutuanda & prout res de  
poscit in vium: & quotidianos sermones vestros adaptanda  
sunt. Quid enim per immortales deos prodest multa scire:  
pulchra & sublimia intelligere: si de hjs loqui cũ dignitate ele-  
gancia & gravitate negatum est: et quod vnicũ felicitatis hu-  
mane ornamentum ẽ si cogitationes nostras posteritati mã-  
dare nequiverim. Ita est: per hominũ fidem: nihil doctum  
eruditumq; virum ostendit nisi calamus et lingua quę duo  
eloquencia gubernat. Sz ad vos ego iam nobiles viri & ado-  
lescentes generosi orationem conuerto: ad quos auita virtu-  
te & germano illo inuicto robore italie imperium commigra-  
uit. Quiq; hoc gymnasium super alia germanię nostrę studia  
frequentatis secundatis magnoq; ornamento & decori estis  
Doxor ad ea vos primum studia conuertere velitis que ani-  
mos vestros mitiores culcioresq; reddere possunt: & a cõsue-  
tudine vulgari auocare. Altioribus vos studijs dedentes.  
Habete ante oculos veram animi nobilitatem existimãtes  
vos non decorem sed dehonestamentum imperio nostro af-  
ferre: si tantum equos & canes alẽtes: & ecclesiasticas preben-  
das & non litterarum studia sectemini cogitate dignitatibus  
vestris splendorẽ virtute doctrina & eruditione querentes: sã-  
cuisq; moribus titulos addere: vt vos dignos illis homines  
existiment: et vos ille: non vos illas tanquã aucupes gregem  
auium persequamini. Emulamini nobiles viri prisca nobili-  
tatem romanã que accepto grecozum imperio ita omnem sa-  
pienciam & eloquenciam eorum iunxerunt: vt dubium sit an  
equasse aut superasse omnem grecam inuencionem & doctrine:  
suppellectilem videantur: ita & vos accepto italozum imperio  
exuta feda barbarie romanaz artiũ affectatores eẽ debebit.

Quare legendi  
poete & oratores

Utilitas elo-  
quentię & finis



Germani imperiũ  
italię possident



Quid romani a  
grecis acceperint

Quid de germa-  
nis historiographi

Latrocinia  
germanicę

Leta germania

Germanicę princi-  
pes barbari a ve-  
netis dicuntur

Odium italoꝝ  
z germanoꝝ

Nemo bella ger-  
manoꝝ scribit

Tollite veterem illam apud grecos latinos z hebreos scrip-  
toꝝ germanoꝝ infamiam qua illi nobis temulentiã im-  
manitatem crudelitatem: z si quid aliud quod bestie z insa-  
nie proximũ est ascribunt. Magno vobis pudori ducite gre-  
coꝝ z latinoꝝ nescire historias: z super omnem impu-  
dẽciam regionis nostre z terre nescire situm sydera flumina  
montes antiquitates nationes deniq; que peregrini homines  
de nobis ita scite collegere vt apud me magnum miraculum  
sit quomodo greci z romani homines tam exacta diligẽcia  
z exquisita doctrina terram nostram maximã europe partẽ  
vt eozum vocabulo vtar asperam z crudã p̃ illa puto fidẽru  
cõuersione perlustrauerint moresq; nostros affectu z animos  
verbis tanq; picturis z lineamentis corpoꝝ expresserint.  
Exuite generosi viri exuite z purgate latrocinia que illi apud  
nos tanq; virtuti data commemorant. Mirumq; est qd in qui-  
busdam adhuc germanie partibus supra mille z quingentos  
ferme annos: ingenuus ille morbus perduret duz latrocina-  
lis agminis principes non submouemus. Lelo iam letioꝝ z  
terra nostra exclusis paludibus excisisq; vastis nemoribus et  
inclitis vrbibus habitata. A deo difficile emẽdatur quod cõ-  
suetum est z in multa se tempora diffundit qd a multis p̃bat  
ita factũ e vt collimicie gentes in nos fabã cudant dũ eũ impe-  
rio nos multa externarũ gencium vicia induisse p̃dicant. No-  
mẽq; nostrũ nescio qua sempiterna inuidia z calumnia perse-  
quãtur. Illisq; ingenia nostra semper suspecta z formidolosa  
sunt. Pudeat nobiles viri in sugillatione z amarã cauillatio-  
nem germani nois modernis quarũdam historijs qui se no-  
uarum decadũ editione illud p̃scũ romanũ imperiũ equasse  
gloriant clarissimos principes ños natalicio illoꝝ noie sup-  
presso barbaros tantũ vocari: tantũ potuit vetus z inexpiabi-  
le inter nos odium z antiqua discordia ñominũ quam nisi p̃  
uida natura alpib; z elatis in sidera scopulis diremisset: a mu-  
tuis cedibus pro hostili vtrimq; spũ nunq; temperaret. Pu-  
deat queso multis memorabilibus bellis per nos confectis  
aut profligatis in p̃nonia gallia z italia z contra asie imma-  
nissimũ tyrannũ xpiano sanguine rotantẽ nemineq; inter vos  
hodie inueniri qui res Germanica virtute gestas eternitati  
cõmendet. Externos autẽ multos fore qui suis historijs p̃ter  
oẽm legẽ historie virtuti ñre velut aspides obstrepant ambi-

ti z lenoc  
tione qui  
rebus a n  
an sapie  
infignia  
stri impe  
andi lice  
neret. J  
romani  
oculos  
pudeat:  
ternisq;  
liberũ z  
ne digna  
claustra  
aut valen  
ne z peuc  
Nec iasq;  
nostracia  
nobis a  
encia ph  
regit fa  
unt dũ li  
seruituti  
auaricia  
ñra exha  
fortuna a  
mani reli  
lui dũ me  
ñoꝝ de  
rũ suppe  
pulvere  
tanq; ho  
nerosi a  
p̃uicq; a  
cognicio  
onem d  
si antiq  
eloque

tu z lenocinio orationis ne dicam figmentis z mendaci inue-  
tione quibus illud gen<sup>o</sup> hoim inlaudes suas effusissimum est  
rebus a nobis clarissime gestis derogates. Nescioq; prozsus  
an sapie aut incōsiderationi nre dandū sit. Q; nuper scriptozū  
insignia z comitem imperatorū laurū tanq; infelix omen no-  
stri imperi starpeio colli vltro remisimus. Alijs cōcessa laure-  
andi licencia vt apud nos tandem nullus imperij honos ma-  
neret. Induite veteres illos aios viri germani quibus tociēs  
romanis terrozi z formidini fuistis z ad angulos germanie  
oculos cōuertite limitesq; eius laceros z distractos colligite  
pudeat: pudeat nationi nostre iugū z seruitutē imposuisse ex-  
ternisq; z barbaris regibus tributas z vectigalia pendere. o  
liberū z robustū populum: o nobilem z fortem gentem z pla-  
ne dignam romano imperio cuius inclitum maris portum et  
claustra oceani nostri sarmata z dacus possident. Ab oriente  
aut valentissime gentes seruiunt marco manni quacūq; bastar-  
ne z peucuii z quasi a corpore germanie nostre sepate viuunt  
Nec iasiges suetanastas adnumero gentilicio etiam cultu et  
nostracia lingua vtentes. Ab occasu aut gallia supior tantum  
nobis amica z munifica immortalī virtute z incredibili sapi-  
encia philippi palatini rheni. Qui vtranzq; incliti amnis ripam  
regit faustozq; semper reget imperio dū rotat astra polus feri-  
unt dū littoza venti. A meridie autez nescio qua egregia  
seruituti pmi nouasq; p antiquā z execrandā ad fomēta lux<sup>o</sup>  
auariciā semp colonias induci quib<sup>o</sup> mirabili ingenio terra  
nra exhaurit dū quo ipsi egenus erogam<sup>o</sup> alijs. Adeo ptinar  
fortuna aut fatū est in psequendo delendoq; germanos ro-  
mani religas imperij sed vereoz liberi<sup>o</sup> me progressum q; vo-  
lui dū me germanie mee perteduit. Dū manibus impatorum  
nrozū de grecis italisk; inabigenda seruādaq; preciosa libro-  
rū suppellectili cōsidero. Quas nos velut in carcere oclusas  
puluere obstitas intactasq; nec satis ab imbrib<sup>o</sup> tutas adhuc  
tanq; hostiū spolia despecta relinquimus. Redeo ad voso ge-  
nerosi adolescentes: moneoq; ante omnia in mentē reuocate  
priusq; ad scientiam iuris accedatis multarum vobis rerum  
cognitione opus esse: q; illa disciplina nihil vos super opini-  
onem docere potest: q; si philosophi et poete primi theologi  
si antiquita: i creditur homines vagos z palantes lenitis per  
eloquentiā crudis eozum animis a necoz lustris z specubus

Itali scriptores

Jus laureandi  
italis concessum

Germania ab ex-  
ternis regibus oc-  
cupatur

Polonus dacus

Slesite morauī  
septem castrenses

Magna seruitus  
nobiliū in germa-  
nia

**Philie studendum  
ante iuris studiū**

**Philosophia oia  
docet**

**Greci**

**Philipp<sup>us</sup> macedo**

**Rhomani**

**Hebrei**

in vrbes ⁊ socialia tecta conuocauere religionem deorumqz metum ⁊ cultum multis ⁊ varijs argumentis docuere ⁊ deim legibus ⁊ institutis rexere. Quis vestruz dubitabit o patres ornatisissimi ante iuris studium multum vere philosophie prius operam dare oportere: ⁊ his maxime rebus quibus eloquencia percipitur: quam vos huic rei pernecessaria esse confitemini. Quamobrem videbuntur illi iam vobis non medio cri errore laborare multorumqz malorum causas inuehere qui preter omnem philosophiam non fabalem illam dico legum ⁊ sacrorum se duces constituunt. Non considerantes q̄ les prisorum seculorum legislatores fuere qui dum leges ⁊ arma indie occupatissimi tractarent: omnes noctes philosophie studio absumebant. Quippe si illa tanq̄ seminariū quoddam humanarum diuinarumqz rerum cognitionem et earuz diocesim locupletissime docet. Quis sine eius haustu illa se duo administrare existimet. Nec ego iam vobis pro testimonio. Grecos solonem platonem alcibiaden themistoclen. aut philippum alexandri magni parentē adducam. Quanta ille cura aristoteli eius etatis summo philosopho filium commendabat: quantoqz gaudio gestiebat natum eo seculo sibi filium quo plurimum philosophi pollerent. Sciebat enim imperator armorum ⁊ moderande reipub. peritissimus si suus filius philosophie preceptis institutisqz iniciatus esset dignus fore a quo vniversi orbis administraretur imperium. Neqz anacharsiden vobis commemorabo qui vt scythie sue leges inferret prius philosophiam ab atticis philosophis discere voluit. Taceo romanos reges numia catones scipiones cesares ⁊ recenciores Antonianos valerianos aurelianos theodosiū deniqz ⁊ karolū nobili francorū stirpe progenitos quorum doctrina ⁊ liberalium arcium cura et studio partum: et conseruatum est clarissimum imperiū. Quod tandiu floruit dum sibi philosophiā comitem ⁊ adstiricē habuit. Preterea nunc mosen veteris religionis nostre legislatorem in omni philosophia sapientissimū ⁊ qui aduulgi impellendos coercēdos obruendosqz animos moderator prudentissimus is sacras leges scripturus a mūdi fabrica ⁊ maiestāt nature suiqz opificis cōmemoratione orsus est vt plane demonstraret quē libet legislatorem ⁊ eius discipline studiosum primo philoso

phie inf  
nos tal  
nunc ap  
seuefcit  
ad deg  
⁊ pro m  
stis ad  
didicin  
semina  
semper  
⁊ vero  
tempo  
hilqz vi  
periciam  
stra nob  
ces etia  
ad quos  
Ita con  
feras: a  
cum rh  
tes alie  
ris orz  
fos vir  
tatione  
illis pla  
nia ne d  
rapaciss  
etiam fe  
ita nos  
pnicio  
re rudi  
mus q̄  
est inu  
eos inf  
tentur:  
cordi e

phie institutis tanquā sacris quibusdam iniciari debere. S; nos tales tantiq; viri non mouent quandoquidem angusto nunc apud nos limite fatorum forte seriez vitimi tpsis fece cō seuescit imperium post habitaq; omni philosophia tantum ad degenerem questum ingenia nostro seruilia prostituimus z pro mercenaria stipe locam?. Hinc cum a talibus studijs nostris ad principes ventuz est ea tantū illis suggerimus q̄ nos didicimus. At qui illa cum magna animi amaritudine dico. semina sunt quare principes nostri alienis oculis videntes semper indocti maneant ludibriozq; apud alios habeantur: z vero nomine barbari irrideantur q̄ illi in tanta felicitate temporum ingenuas artes et earum studiosos negligantini hilq; vilis et abiectius in eorum curijs sit q̄ qui litterarum periciam verbo aut habitu profiteantur: tātum barbaries nostra nobis placet z intractabilis animi morbus Apud pōtifices etiam nostros: et h̄t prisco vocabulo vtar sacros flamines ad quos litterarum cura z patrociniū iure spectare deberet Ita contemptui z vilitati littere z illis dediti sūt vt siluestres feras: auritos canes frementes z feroces equos: z nescio q̄s cum rhea martis clodij z sardanapalli mulier arias voluptates aliaq; ludicra illis p̄ponant. Nouimus quosdam obscūris ortos crepundijs qui dum peregrinationis gracia studiosos viros in suas curias venisse accipiunt illis pericie ostentatione loqui dedignantur: adeo vsq; pythagore silencium illis placet z in barbara maiestate romane lingue parcimonia ne degenerari viderentur: dum pecuniarum studio tanq; rapacissimi accipitres inhiāt: aut assentationib; regum quas etiam forib; p̄ponere audent veluti viles ancille studētes: ita nos italicus luxus corripit z seua inextorquendo argēto p̄nicioso crudelitas vt plane sancti; z braciū fuisset nos agere rudi illa z siluestri vita dum inter continencie fines viuebamus q̄ tot gule z luxus instrumenta quibus nihil vnq; satis est inuexisse peregrinosq; mores iduisse. Quo fit vt tales tūc eos infamiliariatē suaz admittant qui cognatis studijs assētentur: hosq; excludant quibus doctrine z sapiencie studij cordi est. Quos tamen greci z rhomani imperij auctozes ita

Questuosi germani

Germanie principes indocti

Quid episcopi germanie

Italicus luxus corripit germāos

Honor scriptoruz  
apud rhomanos

Italia semper in  
flore

Bella domestica  
germanorum

Diaga flet

Ipocrite

excoluerunt vt eos imperialibus honoribus insignirent in-  
terq; secretiores amicos numerabant. Vita etiaz defunctos  
sepulcris suis inferri iubebant. Quae opem et immortalitatem sibi  
per illos beneficio et vsu litterarum quibus solis eternitas fulcis  
progari arbitrabatur. Vt non solum viuentes sed et cum pe-  
rissent prodesse hominibus possent. Viuent igitur hodie ad  
huc et viuent quo ad rhomanos et grece littere erunt. Nec ego  
aliam semper florentis italie causam reddidero quam illi nos  
non alia felicitate quam litterarum amore et earum studio an-  
tecedunt. Quibus ipsi alias gentes tanquam armis terrent  
et in admirationem sui per ingenium et industriam trahunt.  
Apud nos autem crebre mutationes et nouarum rerum inter  
nos improba cupiditas: vt poeta doctissimus de nobis ait.  
Res auidi conscire nouas odioque furentes. Pacis et ingenio  
celerique cupidine fratres. Et itaque ne equi nostri podogram  
et arma rubiginem contrahant. Ciuili inter nos dissensione  
tanquam silla et marius aut cesar et pompeius tumultuamur.  
Nequeo temperare dum vicinis nostris et domesticis factioni-  
bus laboramus: et opulentissima regna quorum tantum titu-  
los tanquam in consolationem preferimus: negligimus dum li-  
gulas stringimus et ad quintum lune coitum consultamus. con-  
silijs nostris vt quidam historiographus de nobis scripsit: na-  
tura bonis vacuis et spe parua appetente. dum in centro ger-  
manie nostre pertinacis religionis opulentissimum peregrine  
lingue regnum toleramus: dijs tamen grece habende quae italus se illis  
ducem prebuit. Lulius gymnasium priscam suam felicitatem  
euersam flet et ingemiscit dum vere philosophie cultores non  
habet: magnumque reliquit ex suo casu documentum funda-  
menta religionis a nullo melius quam a vero philosopho iactari et  
conseruari posse nisi quis eos preferre velit qui summam sa-  
pienciam ignoranciam arbitrantur quique ad vulgi ostenta-  
tiones se tantum accomodant habitu tantum doctrine et virtu-  
tis umbraculum proferentes per similes oscillis que ortorum  
cultores ad absterrendum auiculas satis et noualibus preponunt  
Quibus si propius accesseris nec motum nec sensum offendes: quare  
ad vos nunc redeo germani iuuenes. agite ne apud vos lon-

ga pueri  
gere scri  
castalio  
bibet pu  
vsq; i h  
fioz occ  
q; ob h  
bus co  
rum et  
cum la  
tionem et  
tur aut  
dijz coe  
pretent  
piencia  
lo alciu  
bus dan  
incorpo  
nes qu  
suis sig  
vt sac  
cam ef  
sub ho  
enunci  
telliger  
grecoz  
uinaru  
ti: veru  
accusan  
adeo v  
credo  
splend  
cu illis  
apud n  
vsurpa  
nem a  
fata h  
artific

ga puericia permaneat secreta literarū cognoscite q̄ vos fu-  
gere scriptores cōmemorant. canūtq; impudorē n̄m nullo  
castalios latices ⁊ prescia sati. flumina polluto barbarus ore  
bibet pudeat illa de vobis imperij romani possessorib⁹ legi ⁊  
vsq; i hodiernū diē pdurare: nisi qs mihi multitudie gymna-  
sioꝝ occurrere velit q̄ q̄tuor ⁊ decē apud nos inueniūt: diceret  
q̄ ob hoc sublata eē barbariē bonisq; morib⁹ ⁊ honestis arti-  
bus cōsultum: viāq; patefactā eē: dū nobis gestientib⁹ mḡo-  
rum ⁊ doctorum nominibus vulgus blandiatur inter quos  
cum lachrimis dico paucos inuenies qui veram rerū cogni-  
tionē ⁊ naſe indagatiōē romanisq; sermonis puritatē sequā-  
tur aut teneant. Cum intalibus nostris studijs ne dicam lu-  
dijs coerceantur qui poetas ⁊ romāe lingue scriptores inter-  
prentur. Habeanturq; tanq̄ infames qui nature opus ⁊ sa-  
pienciā rectoris sui mathematica veritate aperiant quicq; pau-  
lo alcius q̄ vulgus ſenciant. Adeo pro trita ⁊ decocta a qui-  
budam philosophia ē qui pulcerrimam nature maiestātē in-  
incorpoꝝeos conceptus et monstruosas abstractiones ⁊ ina-  
nes quosdam chimeras deformarunt tanq̄ essent poete qui  
suis figuris ⁊ idoneis fabulis ita naturas rerum trāstulerūt  
vt sacrarum rerum nocio vulgo occulta esset. Scientes inimi-  
cam esse nature apertam ⁊ nudam expositionem sui: ideo eaz  
sub honestis operimentis ⁊ sacramentali quodam velamine  
enunciari debere. Quā si vulgus quedam archana vt phi-  
telligeret difficile eorum impetus coerceri posset. Neq; nūc  
grecoꝝ ⁊ latinoꝝ poetarū fabulas phisice interpretabor: qui di-  
uinarum omniu inuentionū fontes sub poetica nube figmen-  
ti: verum sapientibus aperuerunt: sed tales nos mendacijs  
accusamus ⁊ tanq̄ prestigiatores ⁊ viles homines execram⁹  
adeo vsq; vilitas n̄o nobis placet ⁊ ſeda barbaries infestis  
credo numinib⁹: ne cum imperio romano italicarū literarum  
splendorē etiā induam⁹ ⁊ in hoc pulcerrimo scribingendi genere  
cū illis quos tamē miramur certem⁹. Quāuis inueniant etiā  
apud nos qui meo laborant vicio poete ⁊ oratoris sibi nomē  
vsurpantes preter omnem philosophiē ⁊ eloquencie p̄ceptio-  
nem ad ſuile quandā dicacitatē ⁊ ad lactandof nescio qbus  
fataſijs adoleſcētū aios oēs ingenij neruū itēdētes lenitatē  
artifices verbis hūdis q̄cqd i buccā venerit ipud eē euomētes

Quatuordecem  
gymnasia germa-  
niē

Philosophia  
germanorum

Quare inuenta  
poēſis

Poete germa-  
norum

spurcidis et pudibilibus quibusdam fabulis castas aures inebriantes quasi vicia nobis preceptionibus aperienda forent: que tamen nullo cogente verius semper velut inutiles herbe proueniunt. Quod si ad talem eruditionem nostram quis accuracius intueatur. Arenam sine calce: et vocem sine sanguine offendet: dum alios reprehendere vocabulariter velut elementales pueri parati sumus. Proprium autem fetorem non sentimus: beneque consultum a dijs immortalibus nobis arbitror. Quod plebeiam nobis et vulgarem quandam doctrinam concesserit. Alias nostra blacteratione et verborum colluue ne mutire quidem alios et doctiores nobis permitteremus. Tales quosdam audire delectat non qui alimoniam vere doctrine animis prestent: dum hos odio persequimur qui institutis nostre exolute doctrine obstrepant oblatrantque noua quedam ex vera institutione rhomana proferentes dum annosos grammatelos ad fundamenta lingue græce compellunt ad vagiendum iterum in cunis cum infantulis artis grammaticæ. Ac si non in promptu esset cato vir grauissimus et perinde in omni eruditione et doctrina doctissimus qui ut recte latine dicere posset Octugenarius iam grecitare cepit nos vtramque linguam et pueri et senes negligimus magisque diuine virtuti et miraculo invidie et inercie nostre defensionem in diuo hieronimo et augustino ascribimus tot linguas nouisse atque libros scripsisse quos toto euo nostro non attingimus. Quod quod illa longis vigilijs sumis laboribus et pegrinationibus didicissent Quibus rebus doctrina sanctitas et eternitas nominis apud omnem posteritatem propagatur. Non somno et ingluuie abliguritione alea et venere quibus nos stulticia nostra estuamus et illis toto euo nostro tanquam ad hoc solum nati essemus popinamur. At qui in doctrina cultiores videri cupimus puerilibus terminorum et quiddam contentionibus imoramur: ad quas ad mortem usque tanquam ad syrenos scopulos consensimus. Nec alios aliud scire volumus quam quod sordibus nostris imbuantur inde cum religionis nostre pulcerrime duces et principes sufficimur auaricie studio tantum inhiamus et inexplebili quadam siti totis viribus ardemus dum pecunias sicut mortuorum cadauera humo nobiscum recondimus. Nec nos philosophia nostra vulgaris docuit et inanium ver-

Annosi gramatici

Lingua greca  
discenda

Ieronimus Augustinus quales

Sophistria

horum vili  
ligionis no  
et egregium  
quasi nos  
sophos re  
pulcerrim  
hoc alias  
ad mitior  
cere potes  
nig impe  
duerint: et  
nisi intelle  
cetis vrb  
amplissim  
diuinus ill  
expressit d  
orta est fe  
volant: fu  
forte viri  
regit dicit  
illa et pp  
eloquen  
spectacu  
inuentio  
desiam  
bantur q  
ad gloria  
et charis p  
rent. Quo  
orpheus  
commou  
eloquen  
rent dur  
tudinem  
sint: non  
primord  
quibus  
latione

horum vilissima seges qua castigatissimos et differatissimos religionis nostrae scriptores negligimus nihil magnificum altum et egregium attingere potest dum tenuiora tantum sequimur quasi non apud platonem et pythagoram aliosque precipuos philosophos religionis nostrae quaedam fundamenta inueniant quibus pulcherrima luminis naturae et gratiae societas percipiat: sed de hoc alias. Quamobrem conuertite vos germani conuertite vos ad mitiora studia quae sola vos philosophia et eloquentia docere potest. Logitate non sine causa factum esse quod greci romanique imperij auctores tanta opera et vigilantia illis rebus studuerint: et earum rerum preceptores sumis honoribus ornauerint nisi intellexissent linguarum viribus sapientiarumque partibus hominum certus vrbes religiones deorum cultum et sanctissimos mores amplissimamque imperia conseruari et gubernari posse. Quam rem diuinus ille vates decus et deliciae romani eloquii ita egregie expressit dum cecinit. At veluti in magno populo cum sepe coorta est seditio: seu itaque anis ignobile vulgus iamque faces et saxa volant: furor arma ministrat: tum pietate graues ac meritis si forte virum quem conspexere silent: arrectisque auribus adstant ille regit dictis animos et pectora mulcet. Magna profecto res illa et prope diuina in administranda illozum repub: quae sapientiarum eloquentiarum coniungere studerint: proque his percipiendis publica spectacula instituerint: in quibus sublimi persuasione remotisque inuentionibus spectantium animi ad virtutem pietatem modestiam fortitudinem et omnium rerum tolerantiam hortantur quisque pubescentem indolem a vicijs deterrebant: et ad gloriam inflammabant ut quid patriae amicis hospitibus et charis parentibus deberent viuus quasi simulacris acciperent. Quo circa non inhonesta illa poetarum allegoria est qua orpheus beluas amphion saxa ille quidem demulcisse alter commouisse: et quocumque vellet duxisse effectus est ut quae vis eloquentiae quodue poetarum munus esset methaphora ostenderent dum truces et imanes intractabilesque animos ad mansuetudinem animi rectum patiam animare possunt. Quae cum ita sint: non in consulto olim graeciae et nunc italiae ciuitates. Ab ipso primordia pueros suos carminibus poetarum erudiunt: in quibus cum musicos cantus et suauissimas armonie modulationes quarum illa etas appetentissima est percipiunt: teneri

Pythagoras  
Plato

Lans eloquentiae

Virgilij carmina

Quare comedie et  
tragedie acte sint

Orphei et Amphionis  
fabula

Carmina et eorum  
armonie pueri discenda

**Laus music**

**Oratores et po  
ete domini**

**Conclusio con  
stitutionis**

animis ad inerciam et ignauiam procliuibus stimulum ad in  
dultriam addunt vt hylari studio et alacri animo ad doctri  
nam excitentur et studio immoerent. Quo futurum est vt ver  
borum illa sententiarumq; grauitas teneris imbibita men  
tibus in prouectiorem etatem et ad mortem vsq; perduret  
semperq; per totam vitam repullulet. Quam institutione ari  
stoteles astipulet cum adolentes in musicis carminibus  
erudiri precipit. Quia illa id est armonia: ingenia pueroꝝ excitat  
et ad orationis condendiq; carminis acumen impellant. Ad  
remissiones deniq; animi consolandas erigendasq; mentes  
disciplina illa accomodatissima est in sacris innis deoꝝ eo  
rumq; laudes personans: et in diuinas cogitationes rapiens.  
Quamobrem a pythagora et platone sumis philosophis poe  
tica prima philosophia et theologia nominata est. Que ad de  
monstratōes suas cautib; vtitur modulatoq; sermone pergit  
Alia autē id est oratoria humili soluto liberoq; verbo perua  
gat. Illa muneris astrictior pauloq; verboꝝ licentia vberior  
multis tamē ornādi generibus similis ac pene par. Neutra  
nobis negligenda sed a primordio viri germani in carmini  
bus instituendi: et vt ita dicam inescādi pueroꝝ sunt animi  
Quibus cum insit rerum sublimis admiratio: verborum pul  
critudo et expolitio ex illis facile adolescentium coalescunt  
animi: etate vero robustiore cum iam ex illis picipijs indura  
tus fuerit iuuenilis animus et vegetata cogitatione instructi  
ores et paratiores in grauissimozū philosophozū et oratorum  
lectionē sese perducere possunt. Ex quibus tandem in propri  
as inuentiones inq; poetice discipline sublimitatem et eius fi  
guras consurgere possunt laudes illustriū scriptozum in con  
dendis historijs et poematibus consecuturi immortalitatem  
dein sibi et patrie gloriam et laudem comparaturi dixi.

Dicta a prima elementozū concordia  
6691. pridie kalendas septembris.

Eius ode ad Sigismundum fustlii  
Viratistamensem Paratetice. Qui  
bus instituendi sint adolentes.

Sufili bin  
Dum per  
Terra lusi

Qua dua  
Arcticus  
Dno sie se

Landid  
Cui ded  
Dectori

Primus  
Erutus  
Barbara

Jamq; r  
Induis  
Que pro

Sperne  
Murm  
Et datu

Magnu  
Quem p  
Ille sed

**Susili binis mihi notus anis.**  
**Dum peragranti mihi sarmatarum.**  
**Terra lustratur gelido propinqua.**

**Frigida celo.**

**Qua duas torpet polus inter vsas.**  
**Arcticus pigro reuolutus orbe.**  
**Gnosie secum radiosa voluens.**

**Serta puelle.]**

**Landidos inter fueras amicos.**  
**Cui dedit sydus patrium decoros.**  
**Pectoris mores ⁊ honesta sancte.**

**Pignora mentis.**

**Primus exosus fueras veternum.**  
**Erutus scabraz nitidus loquelas.**  
**Barbaras voces ⁊ auita crasse.**

**Murmura lingue.]**

**Iamq; rhomano erudiendus ore.**  
**Induis pulcrum decus expetendo.**  
**Que probant docti ingenuo calenres.**

**Pectoris igne.**

**Sperne mendaces rabiosa vulgi.**  
**Murmura indoctam fugiens cateruam.]**  
**Et datum paucis poteris beatus.**

**Noscere verum.**

**Magnus exemplo tibi fit molofus.**  
**Quem premunt vasto fremitu catelli.**  
**Ille sed serpit tacitus minorum.**

**Murmura ridens.]**

**Situs polonie**

**Prima rhomana  
grammatica**

**Opiniones vulgi**

Naturalis phis

*gnoologia*

Perge confusum chaos intueri.  
Quo scatent pulcris elementa formis.  
Sorte discordi et reditura versant.

Semina mundi.

Perge confurgens animo volucris.  
Singulis rebus reperire causas.  
Flabra ventorum refer et furentis.

Aequoris estus.

Metaurica

Perge cur terre quatiante motu.  
Concidant vrbes trepidantq; montes.  
Ignium cur diluuijs aquarum et.  
Regna laborent.

*stannologia*

Perge cur cece generent cauernae  
Sulphura et pulcris scateant metallis.  
Turq; languentum reparent calentes.

Corpora therme.

Perge cur tanto crepitet fragore.  
Nubibus celi eiaculatus ignis.  
Imbris et lente niuis et gelate.

Granduus iras.

Astronomia

Perge conuexo fugitiua celo.  
Astra mirari geminum cubile.  
Solis inquirens alioq; gentes.  
Orbe sepultas.

Perge diuerso expaciata motu.  
Sydera et phebi referens labores.  
Lurido vultu sibi cum fuganti.

Cynthia currus.

Cosmographia

Perge diffusos populos per orbem.  
Dicere et linguas hominumq; mores.  
Quo situ celi teneant volante.

Aere terram.

Historiographia

Perge priscorum relegens vitorum.  
Besta tarpeio celebrata colle.  
Quicquid et claris macedum triumphis  
Grecia gessit.

Contumacem for  
tune

Perge fortune instabilis fauorem.  
Spernere et duros tolerare casus.  
Et tibi cuncti fugient beato.  
Tempore soles.

Perge virt  
Et per ang  
Illa secur

Sola celest  
Sede prom  
Nec finit t

Eius hymn  
dia princip  
Diu a que  
Impera p  
Ne ruat n

Estuat ecce  
Uulgus an  
Machinae

Quis ferus  
Barbari re  
Quisq; ger

Legibus n  
Dexteris i  
Mutuum

Hic caput  
Hic quati  
Hic fremit

Excitat le  
Plum be  
Quis crep

Stat pec  
Arrigens  
Lespites

Perge virtutis generosos arctum.

Et per angustum superare callem.

Illa securam tibi sola donat.

Ducere vitam.

Sola celesti faciat beatum.

Sede promittens placidos honores.

Nec finit tetras stigij timere.

Carceris umbras.

Eius hymnus ad diuam dei genitricem pro pace et concordia principum germanorum.

Diua que magni genitrix tonantis

Impera pacem populo furenti.

Ne ruat nostris vicij grauat:

Teutonius orbis.

Estuat cecorepidum tumultu.

Vulgus antiquas reparans ruinas.

Machinas belli statuens refectis.

Menibus vrbis.

Quis ferus teucer fuerat domandus.

Barbari reges lacium superbum et

Quisq; germani foret amplianda.

Gloria regni.

Ledibus nostris placet impiare.

Dexteras iunctas geniali amore.

Mutuuum tandem vt stolidis reponant.

Prelia damnum.

Hic caput condit galea micante.

Hic quatit fustem furiens minacem.

Hic fremit stricium gladium feroces.

Hic rapit enses

Excitat lentas alius fauillas.

Plumbeos torquens globulos inauras

Quis crepat vasto sonitu resultans.

Sumidus ether.

Stat pecus totis tremulum sub aruis.

Arrigens aures crepitu trementes

Lespites notos metuens ab actis.

Linquere tauris

Phia moralis

Preferunt vultus pedites minaces.  
Marcios orbis rapidi rotantes.  
Dum canit raucos stimulando pectus.

Buccina cantus.

Seruidus spumat sonipes sub armis.  
Et vocat gestu ad fera bella martem.  
Dum ferit vasto fremitu cauatam.

Ungula terram.

Stant pie matres rabidum perose.  
Fletibus martem ligulis furentem.  
Dic premens sueuos aliqꝫ tendens

Perdere boyos.

Diu tu votis miserum vocaris.

Solue funestum veneranda bellum.

Nosqꝫ gentili socians amore.

Federa iunge.

Uiteos rheni tueare colles.

Et palatinas rege virgo sedes.

Nozicos agros z amena culta.

Fluminis hystri.

Sic tuis sacris celebremus hymnis.

Supplices laudes redolente thure.

In tuis templis ferientqꝫ sumum.

Lamina celum.







